dicrimo carcere moritur.......~~1235~~.... ~~Eodem~~ f. 157!
~~anno Beatrix filia condam Aldrevandini marchionis~~
~~Estensis regi Ungarie nupsit.........1236....~~ F f. 20
Eodem anno marchio Estensis cum Paduanis exer-
citum parat. Ezelinus et Veronenses pro imperatore
mittunt qui ~~eraft~~ in partibus Lombardie, et
subito eis venit in auxilium et Vincentiam
cepit eamque combussit in festo omnium sanctorum.//
Eodem anno moritur rex Ungarie, et Bella filius
eius regnat pro eo. Beatrix gravida timens privignum
suum regnantem, in habitu virili fugit et editum
filium Stephanum vocavit. // Floruit dominus Accursius,
doct~~or~~ iuris civilis, qui totum corpus iuris glosavit.
Fuit autem de comitatu Florentino, cuius magister
fuit Azo Bononiensis qui summam fecit. // MCCXXXVII^o. ~~1237~~.
Nuntii imperatoris cum Ezelino Paduam intrant,
faventibus eidem quibusdam magnatibus de Padua.
Ultimo Trivisini, qui soli liberi remanserant in
marchia Trivisina, posuerunt se sub dominio Ezelini.
Marchio ~~que~~ etiam Estensis nunctiis imperatoris se subiecit.
Postquam autem Ezelinus optinuit Padue dominium,
nobiles de civitate cum filiis exilium destinavit, ut
diris carceribus mancipparentur. // Tunc filius ducis
Venetiarum potestas Mediolanensis cum ipsis et cum f. 158.
amicis contra Federicum progreditur, qui per districtum
Brixie omnia destruebat, sed fluvio interposito, minime
prelium commiserunt. Tandem Mediolanenses rever-
tuntur, et dum nichil mali suspicarentur, Federicus
cum militia sua eos pre~~eo~~venit et facto impetu in eos,
turbam nova~~m~~ multos ex eis cepit, plures occidit,
sed potestas predictus captus est et carrocium. Tunc
Federicus in exercitu habuit elephantem, ad quem
~~vi~~dendum confluebant populi Lombardie. // MCCXXXIX^o. ~~1239~~. impe-
rator venit Paduam. Post hec Ucillus de Camino ~~Camino~~ et ~~Albericus~~ catno
Albericus de Romano Trivisium viriliter accedunt fugantque
Iacobum de Mora, qui ibi pro imperio erat, et omnia agebat
de consilio Ezelini. Marchio quoque Estensis et amici eius
recesserunt ab imperatore, videntes eum inclinatum totaliter
ad vota Ezelini. Imperator autem, relicto Tibaldo Francisco